

Petrus Ternicki Episcopus Craiovi:
 ensis Vicecancellarius.
 Antonio Fokker.

138

Spectabilis domine amice charissime, etc.

Proximis retro diebus allatum est
 nobis breve summi Pontificis, quo datur
 et conceditur facultas, suffraganeo nostro
 munus consecrationis suscipiendi, ea ta-
 men conditione interposita, ut diplomata
 prolixia hoc est bullas: quae pro more Epi-
 scopis futuris tribui solent intra an-
 num sibi conscribi et redimi curet, cum
 primae bullae, quae nostro sumptu iam
 erant confecta et expeditae per illumque
 tumultum et seditionem Romanam amif-
 sae nunquam reperiantur, in quod sane
 cum aliter non licet, necesse erit nos
 alium sumptum facere. Nunc quoniam
 incidit quiddam Preproperum, quod
 post mortem Jacobi Schutz, nobis
 apud summum pontificem curandum fo-
 ret. Scripsimus istas ad reverendissi-
 mum Dominum Cardinalem Sanctorum
 quatuor Coronatorum. literas, interea
 quod reliquas ad summum Pontificem
 conficimus, quas quia celerrime ad illum
 perferri cupimus. Magnopere rogamus
 Dominationem Vestram, ut illas per
 primum nuncium, quem in Italiam
 et Viterbium mittet perferri, ad ejus

ve



reuerendissimam dominationem curet,
quo faciet nobis rem gratam, et quam
illi vicissim benevolentia et gratifica-
tione nostra compensare libenter stu-
debimus. Valeat optime et sit felix
dominatio Vestra, et fruatur felici
in rebus suis successu. Datum etc